



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XVI. Die Avgvsti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

Capitai.

sæculo per eius manus Deo castitatem statim à voto ac deinceps nullâ sensit graui rebellione turbari.

di vsu nullâ die omisso. Orandi, tacendi, sicutissimè alios commonendi ac errata correcta perpetuâ obliuione Superist.

## P. E M A N V E L FERNANDEZ.

sepeliendi arte fuit eximius. Ægros domesticos quotidie inuisebat. Glo-

Charitas.

**L**ubranus Bahy in Brasilia. 15 Aug. 1633. atat 74.

**H**ic (vt in annuis scripsi) vtrâque Theologiâ perdoctâ traditâ, è Lusitania in Brasiliam soluit; sed ab Anglis interceptus, in Angliam est auctus. Ibi cum principe de hæreticorum secta Ministro super fidei controuersiis disputare iussus, cùm ea diceret, quibus ille respondere non poterat, victoriae præmium tulit verba, quæ vietus ille in victorem intemperatè adeò iaciebat, vt Angli ipsi Patris modestiam admirati stomachosum quam par erat Ministruum, per gradus præcipitem deicerint, domoque exturbârint. In libertatem assertus, Lusitaniam, adeoque Brasiliam tenuit: ubi Nouitios, Bahyense Collegium, ac Prouinciam gubernarit. Per frequens illi, ac propè quotidianum erat, duas tresū horas orando ducere, priusquam stata surgendi hora appeteret; quotidiano cilicij gestandi, ac se flagris inclementer accipien-

di libelli de *Amore MARIAE*, Deiparae conscripti lectione inflammabat nihilque suscipiebat negotij aut laboris in quo non cius testamentum exposceret.

Ledit.

Gnarus erat omnis propè industria ad modos excoitandos se variè afflictandi. Cùm omnibus præcesset, vestis illi adeò abiecta erat, vt vel inde Hispani ac Lusitani Proceres illum in veneratione longè maiori habuerint.

Moris.

Clarus etiam dicebatur prænitione rerum, quas ex vero prædixerit: vt quando affirmauit, euentu postea secuto, se sacrificium Missæ superiorum permisso celebraturum; à quo tam en abstinenza iussus fuerat, ob caliginem oculorum. Alij afflito dixit, fore

Paupertas.

vt seuerior hastenus in eum superioris animus molliretur: alijs securam fore nauigationem eò quod mitteretur, licet omnia essent Hollandis plena; virtutique affirmauit euentus.

## XVI. DIE AVGUSTI.

### P. FRANCISCVS DE OTAZO.

dentem, ac dicentem. Hic est liber vitæ, in quem eorum relata sunt nomina, quas beatâ æternitate donabit Deus. Tu illum inspice ac lege. Legit initio pagina aureo charactere exaratum Francisci de Otazo nomen. Aliorum quoque prædestinotorum nomina, illi legenda præbuit Virgo, dicens: Fili, hos quoque tuâ operâ ad Beatorum felicitatem perducturus es Deus. Inde illi omnis mœror absteritus est.

Q O Z

Et

16. August.  
Hispanus  
Hueti. 1622.  
Soc. 34.

**L**autâ domo natus, & in Societatem insignitè liberalis, in illa magno exemplo vixit. Cùm de salute sua vehementer anxius Deiparae nomen imploraret, adesse illâ sibi videre visus est cum corona Sanctorum librum magnum ac splendidum ostend-

*E. V.*  
Et postea in Philippinis conuertit ad fidem & ad frugem quamplurimos. Ibi in magno quodam hostium discrimine constitutus, positis genibus Dei matri supplex petiit ab illa se suosque Christianos iuuari: & mox obiecta illi Deipara, Francisee, inquit, ne metue. Ego te iuuabo. Ita periculo exemptus est. In morte rogatus à Superiori de iis quæ de illo libro predestinationum dixi, affirmauit sic rem se habere. Demum cum ex Europa redire in Indiam opera que plures vellet adducere, obiit extreum diem, post vitam adeò innocenter actam, ut nunquam ullius mortalis peccati noctuam conscientiam maculârit, ut fama est.

P. C A R O L V S  
ROMANVS.

*Mart.*  
Italus Gon-  
fani in Sici-  
lia. 16. Aug.  
1624. xstat.  
43 Soc. 23.

*Nocatio.*

*Iesu parvus-*  
*Ius B V. S.*  
*Ioseph.*  
*Sacerd.*  
*Cassio.*

*V*irginitatis ac singularis ob omni noxa lethifera innocentiae flore ad mortem usque felix creditur Carolus. Desiderium Indiarum non impetratarum transtulit ad Missiones orbitas fructu magno & plausu pietatis. Nouitios cum regeret, quendam animo fluctuasse ac fugam fuisse meditatum, sed divinâ prouidentiâ impeditum mirabiliter didicit, ac fusis pro eo precibus eidem diserte praedixit fore ut in Societate persisteret, atque ad Indos penetraret. Alij quoque cuidam plures occultas eius destinationes & quædam quæ postea eueneré aperuit. Beatis. Dei Marti ex ase addicetus, cum illam Lauretanam in domo inuiseret, illam istic vñâ cum Iesu infante ac S. Iosepho sibi spectabilem per quietem habuit. Adolescens quispiam in carnis sordibus volutatus, quem ille confitentem audierat diem obiit: pro hoc sacrificium altaris celebratus Carolus exhibat ad altare; & ecce

illius adolescentis animam igne intundante inuolutam vidit, & dicentem audiuit: Damnata me ad æternam cunctam, quod obscenâ cogitatione delectatus post confessionem eiconfessisset. Inediā sœpè usque ad delitium tolerabat.

A N T O N I V S  
VASCONCELLVS NOVIT.

*Lustianus*  
Iusti domo natus, & Eboracensis. Inquisitionis Deputatus, ut vocant, integritate magni exempli fuit spectabilis. Inde voto se obligauit fideli propagandæ, &c, si licet, fuso etiam sanguine confirmandæ. S. Francisco Xauerio velut prototypo vtebatur, eiusque sectari vestigia undeque optabat, Societate quoque flagranter peritâ, sed necedum imperatâ, quod & virtute & autoritate suâ plus posse in eo in quo erat generalis per Indiam Inquisitoris munere pro Ecclesia crederetur. In India per accutum Inquisitionis munus cum ageret, quidam ad illud tribunal accessiti sunt, qui à Iudice tam incorrupto suis fortunis, existimationi, adeoque capiti, metuebant. Ergo cum donis eum corrumphi hand posse scirent, porrecto veneno morbum illi mortemque in causa defensæ fidei consciueré. Quare, qui hactenus viua imago Xauerij totâ imitatione esse contendit, optauit etiam in eadem cum illo Societate mori, in qua viuere, quantumvis id flagitanti, hactenus non dabatur. Tandem eum id iterum atque iterum petentem Aluarus de Tauares Goanus Provincialis, admisit: & ille, toxicô gliscente in viscera, religiosè decessit. Quotidie conscientiam confessione purgabat, diuino sacrificio per tres horæ partes operabatur; duas horas orationi dabant duobus de Societate.

Mortif.

tate sacerdotibus ad aram operatis  
ministrabat; diuinum officium, ac  
Deiparæ rofarium de genibus ex-  
quebatur; bis quothebdomadis fla-  
gris, & cilicio perpetuo corpus mace-  
rabat; liberalis in trunulos, sanos,  
& ægros.

P. EMANUEL BORGES  
ET SOCII DVO NOVIT.

Lusitanus  
Nangasachi  
16. August.  
1613. attat.  
53. Soc. 33.

Fidelis.

**I**N Iaponia Nangasachi dum ab an-  
no 1612. rem Christianam procura-  
ret, posteaquam sapè latuit, & eos à  
quibus ad mortem quarebatur barba-  
ros evasit, post anni 1614. exilium re-  
dux, 13. Augusti, depresso in foueam,  
capite suspensus est; & hoc demum  
die gloriosum agonem consecit. Et  
cum illo etiam

I G N A T I V S  
XINDO. NOVIT.

Japon. 16.  
August.

**A**Riensis ortu in Iaponia, Adria-  
ni gloriösi viri in fidei odium ca-  
si filius.. &

## I O S E P H V S

REOMVY. NOVIT.

**F**ingensis Hi duo è Seminarij disci-  
plinâ socij Patribus, etiam in exi-  
lio, & reditione, adhæsere; Societa-  
tem demum amplexi, & breui capti,  
cādem cum P. Emanuele Iaponicæ  
fossæ ac suspendij morte affecti sunt.

Iapon. 6.  
August.

P. I O A N N E S  
BATHÆVS.

**I**N patria vnâ cum germano suo sa-  
cerdote communem hæretici furo-  
ris torrentem sensit. Etenim hæretici  
vtrumque hunc esse Catholicum Sa-  
cerdotem certiores redditi, & quidem  
Ioannem etiam Iesuitam, magnâ ex-  
ultatione prædam nobilem in forum:  
abripuere, stipitibus alligauere, ac v-  
trumque plumbis scloporum glandi-  
bus traiecre; Catholicis sacerdotes  
suos in odium fidei hæreticis exose sic-  
tractari gementibus.

Hibernus  
Pôtanx. 16.  
Aug. 1649.  
Fidelis.

## XVII. DIE AVGUSTI.

P. M A R T I N V S.  
OLAVIUS.

17. August.  
Hispanus  
Romæ. 1556  
Soc. 4.

**C**ompluti primus fuit Martinus  
qui Barcinonâ istuc appulso S.  
Patri Ignatio eleemosynam de-  
dit. Deinde Parisiis Philosophia ac  
Theologiae disciplinis clarus, ad Ca-  
rolum V. ac post varia tandem ad So-  
ciatem venit, à qua ante hac non  
mediocriter abhorrebat. Sed perui-  
ctum sealebat iis vocibus, quas pera-

cri clamore in corde suo sonare sentie-  
bat cùm ipso Christi anastasis die in-  
ter sacrificandum, à Christo, quem  
manibus tenebat, consilium & opem  
exposceret. **H**ic ego te volo: aiebat illa-  
vox, in hac tibi Societate & vivendum &  
moriendum est. **E**quum est te mes non tua:  
obsequi voluntati. **D**urum est tibi contra:  
firmulum calcare. Aiebat respondisse  
tum se: O Domine, seruus tuus sum:  
ego; seruus tuus & filius ancillæ tuæ:  
Societatis IESV. **H**ec dixisse, atque  
mox id voti religione firmasse. In Ro-  
mano 10. 9.